



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Reus Captiuus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

babilem censet Trullench *in decal. tom.*  
2. lib. 7. cap. 15. dub. 11. numer. 11. quia  
fur nou tenetur restituere cum infamia,  
per maiorem diligentiam adhibere  
potest. quam restituendo per Confessarium;  
in quem propterea modum cre-  
ditor irrationaliter non consentiret.  
part. 2. tr. 17. ref. 2. & part. 10. tr. 16. ref. 97.  
§. Ad doctrinam. Qua meliori via restitue-  
re possit testator. Vide verb. *Testator*, n. 6.

*Et si quis po-  
test perse-  
ipsum &  
vult resti-  
tuere per te-  
flamentum,  
post mortem,  
non est ab-  
solvens.*

*Tam de re  
alterius qua  
de fama.*

31. Verum, ut dictum est, circa Tem-  
pus restituendum est, cum obligatus  
primum potest. Et moribundus, qui po-  
test statim restituere, & vult restitui-  
nem committere hæredibus, non est ab-  
solvendus. Tum quia talis voluntas est  
conditionalis, scilicet restituendi, si mori-  
bitur. Tum etiam, quia hæredes testato-  
ris voluntatem implere in his sèpè non  
curant: & quandoque etiam non pos-  
sunt, obveniente alii hæreditate, quam  
nominatis, vel suscitatis litibus, &c.  
Et idem dicendum de restitutione fa-  
mæ; nec absolvendum esse sanum, qui  
cum statim possit, vult illam diffondere; aut  
moribundus, qui cum possit per se, vult  
post mortem per Confessarium, nam  
neuter est benè dispositus. Et hæc est  
doctrina communis, ex qua refellenda  
omnino est opinio Poza *in pract. benè  
mor. in proœm. mand. 8. post §. 6. part. 5. tr. 3.  
refol. 104.*

33. Si quis alienam gemmam abiiceret  
potans eam valere 100. aureos, cum  
valeat 1000. putat Card. Lugo restituendos 1000. Pontius tamen in cursu Theo-  
logico disp. 52. q. 2. concl. 2. id negat, quia ex  
culpa levi gravis obligatio nasceretur,  
ut patet in eo, qui abiiceret gemmam  
100. aureorum, quam putaret esse tri-  
boarem, quod videtur absurdum, p. 11.  
tr. 2. ref. 34.

34. Probabilis est, cum non teneria  
restitutionem damni temporalis, quod  
passum est monasterium, qui seduxit  
professum, siue vi aut fraude, illi egrer-  
sum suadens ob communitatem aliquam  
secularis vita, p. 11. tractat. 3. ref. 22.

Sotus, Navarrus, Wigers  
& alii.

### R E V S *Delinquens, Captivus.*

1. In quibus delictis reus pertineat ad *Reus*.

Judicem Ecclesiasticum, in quibus  
ad laicum, in quibus ad utrumque, in  
quibus gaudeat immunitate loci sacri,  
in quibus pertineat ad Inquisidores, di-  
ctum est sub VV. Index, Crimina miseri-  
or, Immunitas Ecclesiarum, Inquisitorum  
iurisdictio in qua delicta.

2. Alienigena delinquens in territo- Puniri potest  
rio Episcopi extranei, evadite eius subdi- à indice ter-  
rus, potestque ab illo excommunicari, ritorii, in  
dum manet in sua diœcesi, vel etiam quo deligit,  
in propria, si post citationem discessit,  
vel in ea citetur postea à proprio. Epis-  
copo ad requisitionem alterius (quod  
facere debere, notant Doctores in cap.  
fin. de foro comp. & ex Neotericis Hurtad:  
de cens. disputat. 6. dub. 2. quæst. 3.) & non  
respondeat. (An autem communicari Etiam per  
proprio vide verb. *Censura*, numer. 7. &  
an citari, vide verb. *Episcopi*, num. 50.) Notabile.  
Adverte autem hic quod excommuni-  
catio Episcopi per sententiam genera-  
lem non ligat, nisi eos, qui sunt eius sub-  
diti ratione persona & domicilii, mini-  
mè verò eos, qui per transitum in sua  
diœcesi reperiuntur, vel nondum domi-  
ciliū acquisierunt, & sententia refe-  
renda est ad tempus, quo pronuncia-  
tur: quin si feratur excommunicatio in  
non revelantes tale furtum, hæc excom-  
municatio non ligabit, nisi eos, qui  
tempore talis sententiae erunt sub-  
diti ratione domicilii ipsius Episcopi,  
& scientes non revelabunt: minimè  
verò extraneum, si post datam senten-  
tiā in diœcēsim perveniret, vel tem-  
pore sententiæ nondum acquisierat do-  
miciolum, ut probabiliter docuit Avíla  
part. 2. cap. 3. disputat. 2. dub. 3. concl. 2.  
contra Hurtad. ubi supr. num. 39. part. 5.  
tr. 9. refol. 36.

3. Legatus Principis grave delictum etiam in Le-  
committens in territorio legationis, gatis  
evadit

*Et procedit*

evadit etiam subditus Principis, apud quem gerit legationem, potestque ab eo puniri, ut dictum est verb. *Princeps, num. 17.*

**4.** Reus occultus potest se prodere judici, iusto suppicio puniendus. Vide verb. *Occidere, numer. 37.* An in aliquo calu etiam teneatur. Vide verb. *Vitam exponere.*

**5.** Mutus, & surdus, si habet intellectum, habilis reputatur ad delinquendum, & Farinacius in *præf. quæst. 98.* tradit modum, quo per nutus & signa possit interrogari, Baldus verò in *I. r. num. 27. C. de Confess.* posse quidem damnari inquit, & convictum per legitimos testes, minimò verò confessum per nutus & signa: quia haec non sunt clara: si tamen sciat scribere, cogi posse ad confessionem scriptam, & per eam puniri posse videri pœna ordinaria. Vide etiam *Plazam in epist. deliſt. lib. r. cap. 32. numero 17.* & *Guazzinum tom. 20. defens. 32. cap. 29. part. 5. tractat. 6. resolutione 31.* Cæcus verò, quia faciliter excusat, secundum *Gizzarelum decisi. 26.* non potest torqueri, & ordinaria pœna mulctari. *Ibidem resolutione 37.*

**6.** Reus captivus potest effringere carcerem, & fugere, t̄ sive detineatur ad custodiā ante sive t̄ post sententiam iustam mortis, vel tritemium. *Vilalob. tom. 2. tractat. 16. diff. 11. numer. 14.* & alii communiter contra *Sylvestrum part. 3. tractat. 5. resolutione 102. §. Notandum secundo.* Cumque iuste fugiat, nec aliquid ex fractione acquirat, non tenetur dampnum fractionis compensare. *Tannerus in 2. 2. disput. 4. quæst. 4. dub. 5. numer. 104.* & alii contra *Sotum ibid. §. Notandum quartio part. 9. tract. 9. resolutione 43.* Nec tenetur respondere, si certè sciat contra sē non extare alind, nisi dictum denunciatoris. *Ibid. in principio.* Idque etiam si per hoc causa sit, ut alii quoque captivi fugam non consuluerit, t̄ immò consequenter ad dicenda, etiam si consuluerit: t̄ quia non tenebatur postponere ius ad salvandam vitam, vel libertatem,

pro vitando damno per accidens conseqüente. *Sylvius in 2. 2. quæst. 69. artic. 4. quæst. 1. ad 4. Ibid. §. Notandum est tertio.* Et hoc con-

Non potest tamen fugere de manibus suis ei potest.

iustitiae inferendo vim birruatim, sed

in hoc datur parvitas materiæ, ut ait

*Sylvius*, unde si solum à se illos execu-

tat, aut in terram sine fæsione pro-

sternat; vel custodes dormientes alli-

get, peccabit solum venialiter. *Ibid. §.* Et ministrat-

*Notandum est tamen.* In quibus autem ea- ri possumus ei

sibus reus fugere potest, potest quilibet arma ad hoc

illi fugam consulere. D.D. communiter faciendum.

cum *Valentia tom. 4. disputat. 5. quæst. 13.*

*punct. 4.* Ubi tamen negat, posse ei sub-

ministrari arma ad carcerem effringen-

dum: hoc enim esset atque manus

reco contra publicam potestatem, &

impedire delictorum animadversionem

contra bonum commune. Adde, quod si

si liceret suppeditare arma captivo ad

effringendas vectes, liceret quoque

mittere famulum cum securi ad idem

præstandum, quod est absurdum: quas

rationes non militare in consilio, quod

non est adeo efficax. Verum *Malderus*

*in 2. 2. tractat. 6. cap. 3. dub. 7.* & alii com-

muniter, contrarium docent, & merito:

quia quicunque consulere potest

fincin, potest quoque media ad illum

consequendum suppeditare. *part. 3. tr. 5.*

*resol. 102.* An reus fugere possit à carcere

dato pœnam, dicemus, *num. 18.*

**7.** An reo detento in carceribus S.

Officii debat dari Confessarius vide

verb. *Inquisitorum, num. 193.* An crimi-

nosi captivi, depositari possint super in-

tritemes in necessitate remigum, vide

verb. *Prorex, num. 3.*

### R E V S

*Indicatus, Calumniatus.*

**R**eus indicatus quando torquerti *Reus indi-*  
*catus* non potest, vide verb. *Inquisitorum in-*  
*dictio quæd torturam.*

**8.** Porro indicatus ad torturam, nari inde-  
non potest damnari ad tritemes, vel sensu-  
aliā pœnam, etiam extraordinariam,  
absque

*Reus potest se prodere iudici.*

*An condemnari possit surdus, & mutus?*

*Eroeus?*

*Reus captivus potest fugere.*

*Etiam cum fæsione, & fractione carceris.*

*Tesia non res- netur responder. Et per- resulo, quod fugiant etiam alii.*